

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Christoph Friedrich Ammon von

Breuis argumentationum pro summi numinis existentia recognitionis

Pars Prior : Natales Christi Pie Celebrandos Senatvs Academicici Avctoritate

Erlangae: Literis Kvnstmannianis, MDCCLXXXXIII

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862369959>

Band (Druck) Freier  Zugang 

87

Ia 1092 (87.)



A. U. T. Z. 1815.
Rostock im Jun. 1815.

Dissertazioni

- 1, De veris bonarum artium literarum
invenientiis ex libertate publica. Oratio, Dieta
a Chr. Gottl. Heyne. Göttingen 1763.
- 2, Dissertatio historico-theologica locos Theologicos col-
lectos ex Leone magno pontificie romano sistens
clitor. Soli Sac. Griesbachii Halae 1768.
- 3, De fide historica ex ipsa rerum, quae narrantur
natura, judicanda. Tutor. Soli Sac. Griesbachii.
Halae 1768.
- 4, Orationem Augustinam confessionis memoriae cor-
instituto Lynkeniano ipso Cal. Octbr. 1791 habendam,
inducta Chr. Godofr. Schütz prof. ord. Renae.
- 5, episc. sectio altera
- 6, Oratio in anniversariis inaugurationis faciebat
academiae Georgiae Augustae habita a Chr. G.
Heyne, prof. claq. Göttingae 1776.
- 7, Observationes nonnullae ad Historiam dogmatis
de spiritu sancto a Joh. Georg. Cosenmuller
Erlangae.
- 8, De theologiae christiana origine, dissertatione doct.
Joh. Cosenmulleri, Lipsiae.

- 9, Ab anno. dissertationis de accommodatione
 Christo imprimis et apostolis tributa
 Lipsiae, 1793.
 10, Dr. Ioan. Guili. Raw P. P. O. de
 Joannis capitulo in rem Christianam
 studii. Sectio I. Erlangae
 11, Sectio II.
 12, Dr. Georg. Friedr. Seiler summorum in Theologia
 honores in virum gen. et mas. rev. Gottlieb
 August de Staenckner rite collatos indecibz
 Erlangae, 1792.
 13, De rationibus causis atque finibus, differit
 Dr. Seiler. Erlangae.
 14, Sectio II.
 15, Dr. Armonij. brevis argumentus pro summi
 numinis existentia recognitionis. Pars prior. Erlangae
 16, Pars II.
 17, Dr. Seiler summorum in theol. hon. in Mag. Staenckner
 rite conferendos indecibz. Erlangae 1793.
 18, Michael Weber, prof. ord. de differentiis legitime et
 bene, recte et honeste factorum in libro N. T.
 proposito, vulgo neglecto.
 19, Michael Weber ad memoriam resurrectionis Christi,
 rite concelebrandam invitatus 1793.
 20, Memoriam nationalis Jesu Christi que recolendam
 dilectus commendat academia Jenensis, 1794.
 21, Part. II. 22 Part. III.
 22, Commentatio de consilio, quo scriptor in act.
 apost. concinnandis duabus fuerit. Rense 1818.
 23, De negotiis Christi et notioribus de aduentu
 Christi in N. T. ob eius imprimis. Jesus uati
 cini Matth. 24. a Typhsen Göttingae 1785

Abstetzung July

15
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

NATALES CHRISTI

PIE CELEBRANDOS


SENATVS ACADEMICI AVCTORITATE

INDICIT

D. CHRISTOPHORVS FRIDERICVS AMMON

THEOL. P. P. O. AED. ACAD. ANTIST. SEC. ORDINIS

THEOLOGORVM H. T. DECANVS



*Inest breuis argumentationum pro summi numinis existentia recogni-
tionis*

P A R S P R I O R

ERLANGAE

LITERIS KVNSTMANNIANIS. CICCCCLXXXIII

Quum omnis theologia adcurata numinis supremi, quam
nimirum ingenii humani exiguitas admittit, cognitione
absoluatur; colligitur facile, initium totius scientiae a
firmis argumentis, existentiam summae intelligentiae compro-
bantibus, repetendum esse. Cuius quidem probationis fons
duplex theologo panditur, reuelatio, et sana ratio. Ex
priori, qui hauriat, fonte, in uberrimam certe cognitionis
diuinae materiem incidet; sed negari etiam nequit, ipsam,
quanta humano patet ingenio, reuelationem, cum numinis
divini existentiam iam supponere cognitam et exploratam,
tum eiusmodi ad illam sufficiendam uti argumentationibus,
quaes vel ipsi rationi haud sint incognitae ¹⁾. Quare tantum
abest, ut is, cui sanctioris disciplinae studium curae cordique
est, omnem fontis posterioris aperiundi et vero indagandi cu-
ram detrectare possit, ut potius reuelationem ad istam ingenii
solertiam semet ipsum habeat excitantem, quippe quae, no-
num et inauditum huius rei argumentum haud suppeditans,
vel hoc silentio intellectum humanum ad altiores disquisitio-

A 2

nes

¹⁾ Conf. ZIEGLERI Beitrag zur Geschichte des Glaubens an
Gottes Dasein. Gott. 1792. p. 1-3. 15. al. REINHOLDII
Briefe v. d. k. P. Tom. I. p. 134. f. STAEVDLINI Ideen
zur Kritik des chr. Systems p. 195. f. b. DOEDERLEINII
theol. Journal p. 57.

nes inuitare et quasi euocare videtur. Qui quidem intellectus, limitum suorum probe conscientius, quamvis ultro debeat confiteri, sibi hucusque, vel post acutissimas contemplationes nondum contigisse, neque etiam contingere unquam posse, ut humanae rationi viam ad luculentam aeterni numinis cognitionem demonstrando munire queat²⁾; nunquam tamen defesticitur

- 2) Cui voc. *demonstrare* idem valet, ac deducere aliquid ex argumentis obiective sufficientibus, vel probare ex principiis per se evidenteribus, ille nulli disciplinae vel scholae *geometricam* existentiae Dei probationem concederit, et quidem sequentibus ductus rationibus: a) Deus ipse est summus omnis cognitionis fons, quapropter nullum impeniri potest principium, nomine suo vel prius, vel magis universalis, ex quo necessariae existentiae suae ratio posset deduci: b) principium existentiae diuinae in Deo ipso latet, adeoque ab ipso nomine demum intuendo potest, intelligi: c) humana ratio limitibus est circumscripta, ut cognitionis suae obiecta non ipsa producere possit, sed aliunde accipere debeat. Obiectum Dei autem neque sensus, neque ratio ipsa adsequi valet: quare adquiescere debet in notione Dei argumentis moralibus et theologicis suffulta et confirmata: d) tota indoles hominis intellectualis, non iam consummata, sed per omne aevum in hoc aliquo mundo perficienda, geometricam existentiae Dei probationem capere nequit sine libertatis moralis iactura (REINHOLDII *Briefe* tom. II. pag. 362 f.). His tamen observationibus fides in Deum nullo modo labefactatur: certitudo enim moralis, qua Deum esse nobis persuasum est, certitudini morali plane aequipollit. Vid. PLATNERI *Aphorismen* tom. I. 1793. p. 568 f. HEYDENREICHII *Betrachtungen ueber die Philosophie der nat. Religion* tom. I. pag. 248 f.

tiscitur in explorandis ponderandisque iis probationibus, quibus eruditorum scholae fidem numinis optimi et sanctissimi, mortalium optimo cuius insitum, inniti volunt. In hoc autem negotio, quanta cum laude et gloria philosophus aeui nostri subtilissimus nuperime sit versatus ³⁾, in vulgus notum est; quare opus superuacaneum videri possit, receptas pro existentia Dei argumentationes iterum perlustrare, nisi homines quosdam in eam opinionem incidisse constaret, qua KANTIVM, vt sua probationi morali, vel ethonomicae nouum pondus adderet, reliquis omnes quasi neruos omnemque ad persuadendum commoditatem praecidisse commenti sunt. Cui quidem errori ita occurrere constituimus, vt primum singulas argumentationes breuiter subiiceremus, deinde, vi illarum iustitiae pensitata, indicaremus, quoniam sese inuicem ordine, ad notionem Dei cum effingendam, tum euincendam excipere debeant.

Agmen ducat argumentum *ontologicum*, a CARTESIO ⁴⁾ instructum, cuius summa, artibus syllogisticis conclusa, fere

A 3

hacc

3) KANTIVS in libro: *Kritik der r. V.* ed. 3. p. 620. seqq.

4) PLATNERVS l. c. p. 570. "Dass Cartes seine Idee aus dem Anselmus, einem berühmten Scholastiker (vnd Theologen) des eilfsten Jahrhundertes geschöpft habe, daran zweifle ich." Non erat, quod dubitaret V. C: audiamus enim *Anselmum ipsum* (proslog. cap. II.). "At certe id, quo maius cogitari nequit, non potest esse in intellectu solo: si enim vel in solo intellectu est, potest cogitari esse et in re, quod maius est. Si ergo id, quo maius cogitari non potest, est in solo

haec est. Si notio numinis supremi (entis realissimi) concipi potest, numen ipsum reuera existit. Haec autem notio, nihil, quod sibi contradicat, complexa, omnino potest concipi; quapropter numen ipsum existat, necesse est. Praeuidere poterat auctor, veritatem propositionis prioris in dubium vocatum iri, quapropter ad istam sententiam sustinendam noua ratiocinatio ne opus erat, cuius haec est summa. Quidquid est reale, numini realissimo proprium esse debet. Existentia autem omnino est reale quid: quapropter etiam numini proprium esse debet h. e. numen supremum existit. Hac via rationis indagatrixis sola ingressi, Deistae omnes summi rerum auctoris existentiam comprobare eiusque notionem sublimiorem effingere sibi co nantur, moralium Dei attributorum, ipsiusque mundi gubernationis et prouidentiae plane incuriosi, quippe qui ad iuuandam

et

solo intellectu, id ipsum, quo maius cogitari potest; sed certe hoc esse non potest. Existit ergo procul dubio aliquid, quo maius cogitari non valet, et in intellectu et in re." Ex hoc loco satis patet, Anselmum viam strauisse Cartesio. Viam autem non solum muniuit Gallo, sed vera etiam soliditate hac in re longe illum superauit episcopus Cantuaren sis: superstruxit enim notio nis Dei evolutionem fidei morali, antequam pretium ullum probationi ex notione Dei petitae tribueret. Fidem faciant verba ex libro et loco laudato, et qui dem ex ipso capit is illius initio decerpta. "Non tento, Domine, penetrare altitudinem tuam, quin nullatenus comparo tibi intellectum meum; sed desidero aliquatenus intelligere veritatem tuam, quam credit et amat cor meum. Neque enim quaero intelligere, ut credam; sed credo, ut intelligam. Nam et hoc credo, quia nisi credidero, non intelligam."

et illustrandam Dei cognitionem neque argumenta moralia, neque etiam symbolicas determinationes admittant⁵). At enim uero haud difficile est ad intelligendum, quam infirmis neruis sustentetur omnis ista argumentatio. Verum quidem est, numen supremum, simulac notio illius concipi queat, existere, sed non qua rei, sed qua notionem: hoc est, cogitationem infinitae intelligentiae (*entis realissimi*), quia notas sibi repugnantes haud continet, comprobare quidem existentiam notionis (*idealem*), sed non rei (*existentiam realem*), quae utraque a se differt quam longissime⁶). Quum enim omnis veritas in eo consistat, vt notio cogitata non solum cum primigeniis cognoscendi facultatis legibus consentiat, sed vt constet etiam, respondere aliquid in rerum natura notioni, quae rationi suffit; intelligitur facile, in eo mancam esse argumentationem ontologicam, vt obiecti, quod essentiae realissimae notio responderet, existentiam haud euincat, ignauit debitoris haud absimilis, qui, quum malum nomen aere ipso fuisset expungendum, creditori chirographo solo satisfacturus erat. Praeferebat quidem analyticam existentiae euolutionem e notione essentiae realissimae, at enim uero non stetit promissis, neque stare poterat, quia propositio, *Deus est*, synthetica inuenitur, cui praeter notionem aliquid addi debet, quod *re* *euicat* demonstret⁷). Hoc autem fulcrum, cui notio Dei metaphysica inniteretur, hoc inquam fulcrum ex argumentis morali-

5) Vid. TIEFTRVNKII *Kritik aller Religion und religiösen Dogmatik* p. 132. seqq.

6) Conf. HEYDENREICH l. c. pag. 116. seqq.

7) Vid. TIEFTRVNKII *dilucidationes etc.* Vol. II. p. 55.

ralibus et theologicis petendum, demonstratio ontologica nondum attulit; quare vix habeas, quo subreptionis vitio et iniuria illam liberes. Quod enim proprium et solemne est intellectui humano, ut rerum singularium, quae sensus tangunt, considerationi, cogitationem de possibiliitate omnium *φαινομενων*, a rebus in experientia datis mutuata, praemittat⁸⁾; hoc ratiocinationis ontologicae amatores etiam in res extra sensus positas, quadrare autem, possibilitem numinis supremi sine necessaria illius existentia cogitari haud posse, temere opinantes⁹⁾. Cui quidem legi pretium suum nullo modo esse in denegatur, si rationem indagatricem a ratione praeceptrice ad effingendam summi numinis ideam excitatam et vero coactam esse confiterentur; quod quum negent argumentationis huius transcendentis ad seclae, quamvis dissimulari plane nequeat, omnium hominum per legem *solummodo* moralem interesse, ut de existentia Dei sibi persuadeant¹⁰⁾, facile patet, totam istam ratiocinationem ontologicam ab omni laude

com.

8) KANTIVS l. c. pag. 608 - 610.

9) MENDELSSOHN in libro, *Morgenstunden* p. 313. ed. Berl. 1786. "Wir haben immer nur die Denkbarkeit dieses Begriffes zu beweisen, und sind alsdenn gezwungen, uns solches als wirklich existirend vorzustellen." Sed haec omnia iam sub examen vocavit IACOB in libro: Prüfung der Mendelssohn. Morgenstunden p. 263. seqq.

10) Vid. TIEFTRUNK de modo cognoscendi Deum p. 5. et quae nos differuimus in libro menstruo: *neues theolog. Journal* tom. II. pag. 390. seqq.

comprobacionis existentiae Dei realis haud immerito secludi, orbique notionum metaphysico a theologis relinqu¹¹⁾.

Sed iam, declarata probationis ontologicae infirmitate ad arguendam summi numinis existentiam, in viam redeundum erit, ne illorum partibus fauere videamur, qui omne hoc argumentandi genus ex theologia plane exultandum esse, temere opinantur. Exserit enim utilitatem suam in notione numinis supremi digne efformanda, eiusque veritatem parit rationalem, vel logicam¹²⁾. Qua ratione hoc iam profecimus, ut veram Dei, non quidem cognitionem, cogitationem tamen rite nos percepisse intelligamus. Neque enim ab hominum pendet arbitrio, vtrum progredi in infinitum et absolutam summae intelligentiae notionem (*das hoechste Ideal der Vernunft*) effingere velint, nec ne; sed urgente potius necessitate, ab ipsa humanae rationis indole pendente, coguntur ad supremae perfectio- nis notionem animo concipiendam et vero stabilendam. Omnia enim, quae de hominum ingenio eorumque perfectionibus moralibus vel ponendo, vel limitando ferimus iudicia,

11) Post LEIBNITIVM aliosque iam FEDERVs metaph. p. 161. ed. 2. „Ex nominum definitionibus nudisque mentis conceptibus nulla experientia nisi, quid in *cognitione quidem* sit, non, quid *vere existat*, effici, satis iam perspectum est.

12) TIEFTRUNK *de modo c. D.* pag. 19 - 23.

dicia, nituntur paradigmate quodam omnibus numeris absoluto, quod in sola diuinitate praefens cogitari debet; ipsumque adeo summum bonum, legis moralis obseruatorum tanquam scopus ultimus, licet nunquam attingendus, praefixum, sine idea intelligentiae perfectissimae concipi nequit¹³⁾. Quare iam argumentatio ontologica sufficiat ad atheismum profligandum¹⁴⁾, quippe quae non solum rationem iubeat, dignam numine notionem esformare, illamque omnibus intellectus iudiciis moralibus fundamenti loco subiicere; sed quae vi polleat etiam mirum in modum excitante ad alia existentiae Dei praesidia quaerenda et circumspicienda.

Hoc autem praesidium in noua ratiocinatione inuenisse sibi visus est LEIBNITIUS, a mundi contingentia
ad

13) KANTIUS l. c. pag. 597. "Diese Ideale, ob man libnen gleich nicht objective Realität (Existenz) zugestehen mögte, sind doch um deswegen nicht für Hirngespinsten anzusehen, sondern geben ein unentbehrliches Richtmaß der Vernunft ab, die des Begriffes von dem, was in seiner Art ganz vollständig ist, bedarf, um darnach den Grad und die Mängel des Vollständigen zu schätzen und abzumeßen. Conf. pag. 837 seqq.

14) HEYDENREICH l. e. p. 141. "Um die Nichtwirklichkeit Gottes apodictisch zu erweisen, bleibt dem Atheisten nichts übrig, als ein Mittel: er muß zeigen, der Begriff Gott sei rein ungedenkbar.

ad summae intelligentiae demonstrationem via cosmologica progressurus. Quem ad finem sequenti argumentatione vñus est:

1. Si quid existit, existere etiam aliquid debet necessario. Ego autem, si vel de aliis rebus dubitaveris, certe existo: quare etiam aliquid adesse debet necessario.
2. Quod existit necessario, vel hoc est, quod sensibus percipio, vel aliud quid, a mundo sensibili diuersum. Sed omnia, quae sensibus percipimus, sunt fortuita: quare id, quod necessario existit, a mundo sensibus subiecto diuersum esse debet.
3. Quod necessitatem existentiae in se continet, omnes comprehendere debet perfectiones (ens esse debet realissimum). Id autem, quod extra mundum est, necessitatem existentiae continet in se: quare id, quod extra mundum existit (ens necessarium), etiam comprehendere debet omnes perfectiones (ens debet esse realissimum).

Quot et quanti huic argumentationi insint paralogismi et sophismata, nostris diebus post adcuratores philosophorum obseruationes eruditorum neminem latere potest. Peccat autem primum ita, ut legem effectus a causa pendentis, quae regula est intellectus humani, mutationes rerum per sensus experientis et intuentis, ex ambitu mundi sensibilis, cuius

contemplationi inferuit soli, illico saltu transferat in orbem intelligibilem. At enim uero lex ista, quae effectum causa sua posteriorem esse iubet, non nisi in temporis successione vim suam exercere potest; tempus autem, quod non rebus ratione priuis inhaeret, sed in homine ipso, ceu *forma sensus et imaginationis in intuenda rerum successione et simultanea existentia*.¹⁵⁾ quaerendum est, inter effectum primum e causa primaria prodeuntem cogitari nequit; adeoque regula etiam, quae causalitatis nomine venit, et quam experiendo de sola rerum, non productione, sed mutatione valere nouimus, extra mundum sensibus subiectum plane exspirat, quia post orbem demum conditum temporis initium factum est¹⁶⁾. Aliud vitium probationis cosmologicae in eo cernitur, quod, postquam omnia, quae sensibus percipiuntur, fortuita esse sumserat, id, quod necessarium est, extra mundum ponendum esse contendat. Quae quidem adfertio, quam inconcussa sit, et quam bene fibi constet argumentis teleologicis et moralibus suffulta, infra demonstrabitur: hic nostrum est, ostendere, quam male empiricis et cosmologicis rationibus sustentetur. Omnia enim, quae fortuita

15) Vid. KANTIVS l. e. pag. 59 seqq. Quae hic a philoso- pho subtilissimo de tempore disputantur, maximi sunt momenti in doctrina de omnipraesentia Dei. Nunc enim demum habent acutiores theologi, quo vanis *adversarios* commentis occurrant. Vid. C. C. E. SCHMIDII philos. moral. p. 278. ed. sec.

16) KANTIVS l. e. p. 233 seqq.

tuita esse, docet experientia, eatenus tantum mutationi sunt obnoxia, quatenus sensus tangunt (adparent, *φανουσι*); res autem obiectas easque in se spectatas, quae phaenomenis fundamenti loco subiecta cogitantur (*νοούνται, νοούμενα*), nos plane non cognoscimus. Sit mutabilis itaque omnis rerum externa species: mundus in se spectatus (*νοούμενος*) necessarius cogitari potest¹⁷⁾, quare vix liceat *bac via* a rebus fortuitis ad causam necessariam extra orbem sensibilem positam progredi. *Tertium* peccat argumentatio cosmologica, quod, quum seriem causarum sibi substructarum infinitam in mundo sensibili cogitari haud posse recte statuat, omnem tamen seriem istam ita absoluat, ut, iam omni conditione sublata, in essentia necessaria adquiesci posse autem. Quae quidem sententia moralē sequitur ratiocinationem; quodsi enim lex moralis, homini innata, nulli conditioni subiecta, absoluta, adeoque necessaria est, fons quoque huius legis, numen supremum, necessarius esse debet; id quod cosmologicis argumentis nullo modo efficitur. Ista enim via progresso licebit quidem ab una causa adscendere ad alteram et postremum omnes tollere et auferre rerum conditiones; quo facto vel ipsa necessitatis notio tollitur, vel ita tenetur animo, ut nondum constet, quaenam sit causa ista omnium rerum primaria, cum qua communicari debet. Videmus itaque *quartum*, methodum cosmologiam in de-

¹⁷⁾ IACOB l. e. p. 215. coll. anonymi libro: *Abhandlung über die Unmöglichkeit eines Beweises für das Dasein Gottes aus bloßer Vernunft*. Norimb. pag. 143 seqq.

monstranda Dei existentia eodem laborare vitio, quo ontologicam infectam esse ostendimus, ut necessitatis in nomine supremo cogitationem cum cognitione permutet, et conceptu summae perfectionis cum ista necessitatis cogitatione coniuncto, existentiam essentiae necessariae eiusdemque perfectissimae idealem pro reali vendit, adeoque sententiam "nunquam necessarium et perfectissimum existit" quae synthetica probatione egebat, *αναλυτικός* consummandam esse praeseferat. Quae quidem conclusio magna eget gratia: rerum enim natura, quamvis limitibus circumscripta, in se spectata esse potest necessaria; adeoque necessitatis cum summa perfectione coniunctio argumentis cosmologicis extra omnem dubitationem poni nequit.

Sed iam res ipsa flagitat, vt in viam, de qua defleximus, redeamus, illorumque hominum iniustam esse siue inuidiam, siue indignationem adseramus, qui cum hoc arguento ipsam numinis sanctissimi existentiam nisi in dubium, sub examen tamen vocari opinantur. Quod quidem iudicium temere fertur et inique; si enim vel illis disciplinis, quae inanibus hominum commentis nituntur, seueram rationis censuram periculosam esse putas; scientiam sacram, quae ab ipsa Dei natura proficiuntur, nullam continere superstitionem, proptereaque nullum dubitationum, quae veri cognitionem non sufflaminant, sed potius promouent, acumen reformidare tibi persuadeas. Quum autem iam ex iis, quae supra disputauimus), pateat, plenam existentiae Dei demonstracionem,

18) Vid. pag. 4. not.

tionem, per rei naturam, a nullo ingenio humano adferri posse; colligitur facile, argumentationis cofinologicæ examen rigidius vel propterea nullo modo esse reprehendendum, quod vera sciungat a falsis, omnesque humanas cognoscendi vires legi moralis addicendas esse doceat. Quo facto, id ratiocinandi genus, quod hucusque recensuimus, omnino habet, quo numinis supremi existentiam euineat ¹⁹⁾). Quum enim solemne sit intellectui humano, ab effectu adscendere ad causam, causarumque serie propagata, in causa ultima subsistere, reuera est, cur indagandi requiem in summa intelligentia posset; non quidem per causalitatis legem, quippe quam in ultima causa mundi sensibilis regulæ temporis adstricta acquiescere oportet, sed per legem moralitatis, quae vi sua teleologica flagitat, vt intellectui causarum finem indaganti, quem in tempore et in mundo sensibus subiecto frustra requiriuit, aliquid respondeat extra tempus et extra mundum, a quo omnia, quae sunt, existendi et operandi initium repetant ²⁰⁾.

Sed hic abrumpendum est disputationis filum, reliquamque argumentationum, vi maiori instructarum recognitio
in

19) Iniquius hac de argumentatione, secundum εκλεξιν nulli scholae forte satisfacientem indicat PLATNERVS l. e. pag. 570 f.

20) Vid. HEYDENREICH l. c. p. 244. TIEFTRUNK diluc. Vol. II. p. 54.

in aliud tempus referuanda. Deuenimus iam ad id, cuius causa omnem hancce commentationem exorsi sumus, vt *Vobis, ciues carissimi*, memoriam nati Seruatoris optimi, per dies hosce festos pie celebrandam enixe commendemus. Quum enim nihil sapientius, adeoque diuinius sit doctrina, quam Iesus Christus, soter per secula celebrandus, de coelo nobis attulit; *Vestrum erit, curare*, vt natuitatem summi doctoris, ceu initium instauratae honinum salutis, animo gratissimo et honesto recolatis. P. P. in regia Friderico. Ale. xandrina a. d. XXV. Dec. 1793.

Pag. 8. lin. 1. illegitur *theologicis*. Corrige: *teleologicis*


- 24, Roguntur, quatenas disciplina religionis
et theologiae christianaee pseudeat ab hispania
Iesu Christi. Auctore Ammon. Göttingae
- 25, Variarum de origine festi cultarum episcopis
Göttingae.
- 26, Continuac. de futura corporum exanimatorum
inflauratione, arte Christiana hispania. Auctore
Haudia. Göttingae.
- 27, Comment. de legio Mopiacae momento et
ingenio, collectione et effectibus. Auctore
Haudia. Part. I. Göttingae 1796.
- 28, Sectio II.
eq, De religione naturali publica. Auctore Haudia
Göttingae. —
- 30, Declarationes diversitatis linguarum ex
traditione Semitica Origines. Auctore Ciblorn
Göttingae 1788.
- 31, Der ewige Vertrag der Hoffnungen und
Wollust van Dr. Ammon. Göttingae 1795.
- 32, Über die Möglichkeit des inneren Wohlbehagens
innerer Mythen mit dem moral. Prax. der
Sensibilität beschreibende ymag van Dr. Ammon.
Göttingae, 1796.
- 33, Zug der Hoffnungen und des Erfolgs aus
unmittelbarer ymag. Offenbarung. van Dr. Ammon.
Göttingae, 1797. —



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862369959/phys_0023](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862369959/phys_0023)

DFG



II

Salom. 9, 1.), alma mundi conditrix, hominumque
Prov. 8, 31. Sap. Sir. 24, 6 f. Ioh. 1, 5.), post multos
osque irritos mortalium erudiendorum conatus (Sap.
, in terra Israelitica fixit pedem (*κατεσκηνωσε* v. 8.
, humanamque sibi Iesu Christi formam induit. ‘Ο
ἔγενετο: diuina sapientia inter Iudeos surrexit,
o vnit. Praeter moralem istam diuinae sapientiae
em vix opus erat, vt alia historiae I. C. primordia
aret, quamuis accurate satis et fine vllis traditionum
de illis exponere potuisset.¹⁶⁾ Eandem viam in-
diuus Paulus, qui diuina Messiae praedicata colla-
tenus a Ioanne differt, vt in sapientiae, quam sum-
en in Messiam transfudit, descriptione non Iesiam,
biorum auctorem sequatur, quare factum est, vt
rimum a Deo creatum (*πρωτότοκον πασῶν κτισμάτων*
esse adfirmet, quum de sapientia idem contendat
v. 8,22. (אָתָּה דְּרוֹר חַלְלָה כִּנֵּי
τομα). Ioannes autem, spiritum sapientiae inter
Dei attributa referens,¹⁸⁾ τὸν λόγον vere Θεόν, hunc-
ἐνταχθεντα esse adserit.¹⁹⁾ Plura decerpere ex
historia

HERDER vom Erlöser der Menschen, p. 60 sqq.

PPE ad Rom. IX, 5.

ICHHORN l. c.

dam hanc in rem iam bene disputata videas in cel. HEZELII
Schriftforscher, tom. II. p. 549 sqq. De discrimine Christolo-
oannis et Pauli, quod hic innuere tantum licet, alio loco co-
s exposituri sumus.